



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Tot oblationes quot populo sufficient offerendas, relictas in crastinum non  
reseruandas. xi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



oleum, & odora menta ad incensum, & cætera quæ apud  
constituerunt super altare offerantur.

*Nihil in sacrificio præter quod dominus statuit offerendum. Cap. VIII.*

*Ex cano.  
apostolo.  
cap. 3.*

**S**I quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem  
mineralia quædam in sacrificio offerat, super altare, id est  
aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam  
aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra con-  
stitutionem domini faciens, deponatur.

*Vt presbyteri vas mundum habeant, vbi corpus domini cum diligentia recondatur. Cap. IX.*

*Ex cõcil.  
Turone.  
cap. 4.*

**V**T omnis presbyter habeat pixidem, aut vas tanto  
cramento dignum, vbi corpus domini cum diligentia  
recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo. Quæ tantæ sac-  
oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veterat  
presbyter possit dicere infirmo, corpus & sanguis dñi pro-  
ficiat tibi, &c. Semperque sit super altare obserata prop-  
mures & nefarios homines, & de septimo in septimum die  
semper mutetur, id est, illa à presbytero sumatur, & illa  
quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur,  
fortè diutius reseruata, mucida, quod absit, fiat.

*Vt presbyter Eucharistiam in promptu habeat.  
Caput X.*

*Ex cõcil.  
Vvorma.  
cap. 5.*

**V**T presbyter semper Eucharistiam habeat paratam  
quando quis infirmatus fuerit, aut paruulus infirmus  
fuerit statim eum comunicet, ne sine cõmunionem mori-  
Tet oblationes quot populo sufficiant offerendas, reliquias  
crastinum non reseruandas. Cap. XI.

*Ex epist.  
Clemētis  
pa. c. 28.*

**C**ertè tanta in altari holocausta offerentur, quanta  
populo sufficere debeant: quòd si remanserit in crastinum  
non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum  
diligentia consumantur. Qui autè residua corporis domini  
quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad cen-  
munes sumendos cibos conueniant, nec putent sancti-  
portioni commiscere cibum qui per aqualiculos digeritur  
in secessum emittitur. Si igitur mane dominica portio  
vsque ad sextam ieiunet ministri qui eam cõsumperint. Et  
tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vespere-  
ram. Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt  
cramenta.